Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

ecclesiae temporibus tranquillioribus seruent. Restat hoc sit
aquibusdam. quando non desunt alii p quos subplectatur
ecclesiastica ministerium. Nea omnibus deseratur.
quod fecisse athanasium supredximus. Namquantum
necessarium fuerit ecclesiae. quantum q: p fuerit quoduir
ille mansit in carne. catholica fides nouit. quae aduersus
arrianos hereticos ore illius & amore defensa est. Sed quando
est commune periculum. magis q: tamendum est nequisquā
id facere credatur. Non consulendi uoluntate. sed amore
moriendi. Magisque fugiendi obsit exemplo. quā uiuendi
psit officio. Nulla ratione faciendum est. Denq: scs dauid.
Ne se committere & periculis preliorum & fortassis exanguer & ur
sicut ibi dictum est lucerna isrl. a suis hoc p & entabus sumpsit.
non ipse presumpsit. Alioquin multos imitatores fecisse &
ignauiae. qui eum crederunt hoc fecisse. Non consideratione
utilitatis aliorum. sed suae perturbatione formidinis.
Occurrit aliquanto alia questio. quā contemnere non debemus.
Si enim haec utilitas neglegenda non est ut aliqui ministri
ppterea fugiant imminente aliqua uastitate. Ut seruentur
qui ministrent eis quos post illam cladem residuos potuerint
inuenire. quid fiet ubi omnes uidentur interituri. nisi
aliqui fugiant. Quid si enim hactenus seuiat illa pnicies.
ut solos ministros ecclesiae p sequatur. quid dicam. Anre
linquenda est a ministris fugientibus ecclesia. Nea morientib:
miserabilius relinquatur. Sed si laici non quaerentur
ad mortem. possunt occultare quo quomodo episcopos & cleri
cos suos. sicut ille adiuuerit in cuius potestate sunt omnia.
qui potest & non fugientem p miserabilem conseruare poten
tiam. Sed ideo quaerimus quid nos facere debeamus.
ne in omnibus fugiendo diuina miracula temptare dnm iudicem.